



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

habere existimat actiones. Quem ordinem legibus per omnia conuenientem, atque consentaneum demonstrari illa regula manifestat, quæ præcepit actorem forum semper sequi pulsati. Clericis vero pulsatis in episcopali iudicio forum competere, principalium quoque sanctorum designat auctoritas.

Sup. 3. q. 6.
 neminem.

ANNO
 CHRISTI
 578.

CONCILIVM
 AVTISIODORENSE.
 SYNODVS

AB AVNACHARIO EPISCOPO AVTISIODORENSI
 cum diocesis suæ abbatibus & presbyteris celebrata
 sub annum Christi DLXXVIII. id est, Pelagii II. papæ I. Chilperici regis XVII.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|---|--|
| I. De Kalendis Ianuariis. | palla inuoluantur. |
| II. Vt quadragesima initium in epiphania nuntietur. | XIII. Vt diaconus pallis scapulas non inuoluat. |
| III. Vt vota & vigilia in ecclesia exoluantur. | XIV. Ne quis in baptisterio sepeliatur. |
| IV. Vt auguria & sortilegia non fiant. | XV. Ne mortuus supra mortuum mittatur. |
| V. Vigilia S. Martini interdicta. | XVI. De obseruatione diei dominice. |
| VI. Vt chrisma a media quadragesima petatur. | XVII. De iis qui sibi mortem confiscunt. |
| VII. De Synodis presbyterorum, & abbatum. | XVIII. Vt baptismus extra Pascha nisi moribundis non conferatur. |
| VIII. Quod mulsum in altari offerre non liceat. | XIX. Vt Missa a ieiunis clericis celebrentur & audiantur. |
| IX. Ne chori & cantica puellarum, nec conuiuia in ecclesia permittantur. | XX. Vt archipresbyter de clericorum adulteriis episcopo, vel archidiacono denuntiet. |
| X. Ne in altari ubi episcopus Missas dixit presbyter illa die Missas dicat. | XXI. Vt clerici coniugati ab vxoribus abstineant. |
| XI. De vigiliis Pasche, Natalis, & aliarum solennitatum. | XXII. Relictæ clerici post eius mortem alteri nubere non licet. |
| XII. Ne mortuis eucharistia detur, nec osculum: & ne velo vel | XXIII. De pena abbatis qui mona- |

- chi peccata non emendat, aut denuntiat. XXXVI. Vt mulier eucharistiam nuda manu non accipiat.
- XXIV. Abbati aut monacho ad nuptias ire non licet. XXXVII. Ne mulier pallas dominicas contrectet.
- XXV. Abbati aut monacho filios de baptismo habere non licet. XXXVIII. Vt nullus cum excommunicato communicet.
- XXVI. De pœna abbatis qui mulierem in monasterium ingredi permiserit. XXXIX. Vt qui cum excommunicato communicat simili sententia subiaceat.
- XXVII. Nouercam in uxorem accipere non licet. XL. Ne presbyter inter epulas cantet, aut saltet.
- XXVIII. Nec priuignam ducere. XLI. Presbytero, vel diacono accusare non licet.
- XXIX. Nec cognatam. XLII. Vt mulier sine dominicali non communicet.
- XXX. Nec duas sorores. XLIII. De pœna iudicis qui clericum sine episcopi voluntate distrinxerit.
- XXXI. Nec consobrinã, aut sobrinã. XLIV. De pœna laici qui archipresbyteri admonitionem contemnit.
- XXXII. Nec relictam auunculi. XLV. De obseruatione horum Canonum.
- XXXIII. Vt presbyteri & diaconorum supplicia non spectent.
- XXXIV. Vt presbyter iudicio capituli non intersit.
- XXXV. Vt clericus clericum ad iudicem secularem non trahat.

CANONES.

I.

NON licet Kalendis Ianuarii² vetula, aut ceruolo facere, vel strenas diabolicas obseruare: sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus.

II.

Vt omnes presbyteri ante epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio quadragesimæ nuntient, & in ipsa epiphania ad populum indicent.

III.

^d Non licet compensos in domibus propriis, nec peruigilias in festiuitatibus sanctorum facere; nec inter sentes, aut³ ad arbores sacriuos, vel ad fontes vota exoluere: sed quicumque votum habuerit, in ecclesia vigilet, & matriculæ ipsum votum,